



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Opvs De Iudiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos &
Festos, ab ipso Auctore confectus

Stengel, Georg

Ingolstadii, 1651

9. Corollaria è narratis exemplis ducta.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45701

sed fur erat, & jam dudum harpagando se se ad prodicionem faciendam disponebat.

Eiusmodi diuersitatem etiam in duobus latronibus, qui utrimque Christum in ligno pendentem stipauerunt, luculentum exemplum propositum habemus. In eodem agro nequitiae, in eadem naui crudelitatis, in eadem homicidij mola deliquerunt. Damnantur ambo: ducuntur cum Christo ad supplicium ambo: ambo suspenduntur: ambo, in ipsa lechi ianua, vident, audiuntque Christum Saluatorem; prodigia Solis & Lunae cernunt ambo; ambo, terra contremiscente, in crucibus suis concutiuntur. Quin & ambo, ut volunt Origenes, Athanasius, Hilarius, Chrysoſtomus, alijque multi & magni authores, paulo ante, conuicia coniecerant in Redemptorem. Quam in omnibus rebus pares dispari morte defuncti sunt? Vnus post conuicia in Christum iactata, patientia, mansuetudine, miraculis motus, credit; alter in infidelitate perstitit; vnus, sarcasmi vice, timorem praedicaui, alter conuiciari perrexit: vnus eodem adhuc die cum Christo fuit in Paradiso, alter de cruce lignea ad igneos cruciatus, & aeternos gemitus descendit. Vnde hoc discrimen? Non in Christo, qui medius pendens aequè vni ac alteri vicinus fuit; & eadem miracula utriusque spectanda exhibuit. Sed vnum ferrea & obstinata voluntas perdidit; alter in se descendens dignum se suo supplicio, indignum cruce Christum agnouit. Itaque lucem à diuina sapientia effulgentem accepit, eamque secutus Christum, & sua delicta confessus meruit intrare in Paradisum. Quemadmodum & alter meruit in Acheruntem praecipitari, quia diuinum lumen & nutum repudiavit. Itaque cum vterque in mola esset impietatis, rotaque scelerum verteretur, quam crudelitas agitabat; alter fuit electus, ut esset *vas misericordiae*, in quo Christus fidem, humilitatem, poenitentiam, diuinamque suam gratiam deposuit; ipso etiam ad gratiae acceptationem cooperante; alter verò fuit in suis flagitijs, malitiaque relictus, tamquam *vas irae*, à Deo, ob culpam obstinationemque suam pertinacissimam reprobatum.

Duo hinc trahenda sunt documenta. Primum est, eos, qui à tentationibus victi percunt, culpam non Deo, sed sibi met ipsis

VIII.

Luc. 23. 39.

Athanasius
serm. contr.
omnes haerese.
luuon.
lib. 4. hist.
Euang.

Rom 9. 22.

IX.

atque

Osee. 13. 9.

attribuere oportere. Nam, si quidem ipsi eas vincere voluissent, nequaquam eis gratia sufficiens ad vincendum defuisset. Vnde merito, Osee teste, ait iustissimus Iudex: *Perditio tua Israel: tantummodo in me auxilium tuum*, quod est alterum documentum; scilicet, sicut vnusquisque culpa proprii arbitrij in agro, mola, leclove suorum flagitiorum relinquitur; ita, si inde assumatur, tamquam victor & cum triumpho in calum, id non suæ voluntati ac merito tribuere, sed diuinæ gratiæ adscribere debere, sine qua nulla voluntas potest tentationes superare, & per victoriã,

Phil. 4. 13.

1. Cor. 15. 10.

Ephes. 1. 4.

Phil. 4. 13.

1. Cor. 15. 10.

Ephes. 1. 4.

Phil. 4. 13.

1. Cor. 15. 10.

Ephes. 1. 4.

Phil. 4. 13.

1. Cor. 15. 10.

Ephes. 1. 4.

Phil. 4. 13.

1. Cor. 15. 10.

Ephes. 1. 4.

Phil. 4. 13.

1. Cor. 15. 10.

Ephes. 1. 4.

Phil. 4. 13.

1. Cor. 15. 10.

Ephes. 1. 4.

Phil. 4. 13.

1. Cor. 15. 10.

Ephes. 1. 4.

Phil. 4. 13.

1. Cor. 15. 10.

Ephes. 1. 4.

Phil. 4. 13.

1. Cor. 15. 10.

Ephes. 1. 4.

Phil. 4. 13.

1. Cor. 15. 10.

Ephes. 1. 4.

Phil. 4. 13.

1. Cor. 15. 10.

Ephes. 1. 4.

Phil. 4. 13.

1. Cor. 15. 10.

Ephes. 1. 4.

Phil. 4. 13.

1. Cor. 15. 10.

Ephes. 1. 4.

Phil. 4. 13.

1. Cor. 15. 10.

Ephes. 1. 4.

Phil. 4. 13.

1. Cor. 15. 10.

Ephes. 1. 4.

Phil. 4. 13.

1. Cor. 15. 10.

Ephes. 1. 4.

Phil. 4. 13.

1. Cor. 15. 10.

Ephes. 1. 4.

ad coronam gloriamque peruenire; cum qua *omnia potest*, in eo, qui cum confortat *Gratia Dei mecum* ait. Et si namque prima gratia purè gratis datur à Deo, qui nos non eligit ex præuisa sanctitate vsuque gratiæ, sed ex mero suo beneplacito; adeoque non quia homo est melior: tamen vt fiat bonus & melior, datur; vel sicut Apostolus loquitur, *vt essemus sancti*, vt gratia bene vtremur, & sanctificemur, nobis gratiam illam confert; cui consentire, vel dissentire, est in nostra potestate. Est enim firmum fundamentum, non suæ naturæ, non ingenio, non proprijs viribus, ac iudicio, non industriæ, sed diuinæ misericordiæ, prouidentia, meritis Christi; vocationi ceterisque muneribus à Deo acceptis, & gratiæ supernaturali inniti, quæ nostram imbecillitatem prauent, comitatur, excitat, & confortat, & subsequitur, vt perseueremus; sine qua æquè atque alij essemus imbecilles, æquè improbi, æquè succumberemus, atque alij qui, diuino auxilio spreto reiectoque, à malo demone tentationibusque; superantur, damnantur, æternum cruciantur. Quid ita? quia vocanti Deo non annuunt, diabolo obediunt; sui, viribus fidunt; sibi; ascribunt, quæ per diuinam aliquando gratiam sunt operati. Hinc sicut alij Ecclesiæ Doctores & lumina caelestes honores meruerunt, se se humiliantes; ita alij inflati scientiã, aut sibi de præterita sanctitate plaudentes, in profundum demersi sunt, quasi plumbum, etiam si prius columnæ cæli & Ecclesiæ viderentur, & annos plurimos sanctè pieque vixissent; vti Hosio, Lucifero Calaritano, Origeni, Tertulliano, & multis Religiosis contigit, qui non raro, à vocatione & Religione sua sanctissima; immò eti-

amã fide Catholica apostatarunt, alijs omnem in Religione sustinentibus vitæ austeritatem; vt appareret, multùm inter vinum & vappam interesse.

C A P V T LVII.

Alia complures justissima causa, ob quas equissimus totius Mundi Gubernator homines, etiam charissimos, tentari vexariq; permittit.



Cævola olim dixit: *Et facere, & pati fortia, Romanorum est.* Nec Romanorum tantùm, sed præsertim omnium virorum magnorum. Ignotus esset Hercules, si fortia non & fecisset, & sustinisset. Iuno, dum in eum tot monstra immisit, clarum fecit. Non enim à segnitie atque otio, non à delicijs & voluptate, sed à duodecim laboribus suis celebratur. Igitur fortitudinis est pariter, & honoris palæstra, tentari. Sic enim offertur & certandi occasio, & vincendi, gloriamque consequendi ansa. Atque hoc ipsum Seneca spectaculum dignum appellat, ad quod respiciat intensus operi suo Deus, nempe *virum fortem cum mala fortuna compositum*, nihilque in terris habere pulchrius affirmat, si conuertere animum velit, quàm vt spectet Catonem, jam partibus non semel fractis, stantem, & nihilominus inter ruinas publicas erectum. Et qua re magis ille patientiæ Deus & solatii, in terris, gauderet, quàm militum suorum fortitudine, victorijsque contra Orcum & Mundum reportatis? Qua re alia magis lætaretur, cùm nullã magis laudetur? nullam magis amet? Eandem ob causam, & illi, qui Deum impensè amant, nihil sitientiùs quærunt, quàm vt, pro nomine eius, contumeliam pati digni habeantur. Seruo enim fideli nihil est iucundius, quàm id præstare, ex quo iucunditatem capere & oblectari dominus suus possit. Neque id semel dumtaxat, sed in omni vita; immò & in ipsa morte ac tormentis. Hic ille est *fructus pacatissimæ iustitiæ*, quem exercitati in-

I.
Luius dec. 1.
lib. 2.

Senec. lib. de
prouid. cap. 2.

Hebr. 12. 11.